

Disputatio · II ·

XXI Moyses · Siuultas experiri uim statuti huius modum istum lugiter retinere · nullum extrinsecus cocti cibi pulmentum · die dominico uel sabbati neque subaliqua aduenientium fratrum occasione sumendi · quibus refecta caro non solum minore quantitate diebus residuis poterit sustentari · uerum etiam (corr. ex ortam) refectionem sine labore deferre · illorum scilicet cibo rum quos extrinsecus sumpserit adiectione suffulta · quod nullo modo fieri nec refectionem panis deferre in diem posterum preualebit · quisquis (fugere) semper predicte mensurae quantitatem contentus · Denim memini seniores nostros quos nos quoque retinere in eo frequenter perpessos cum tanto labore edificationis hanc parsimoniam sustentasse · tantaque uel atque in media praedictam custodisse mensuram · ut nulli quodammodo necessitatem atque tristitiam hunc finem sibi refectionis imponerent ·

XXII Generalis tamen hic continentiae modus · ut secundum capacitatem uirium uel corporis uel aetatis · tantum sibimet cibi unusquisque concedat · quantum sustentatio carnis · non quantum desiderium saturitatis exposcit · In utroque enim parte sustinebit maximum detrimentum quisquis in aequalitatem tenens · nunc uentrem leuiorum ariditate constringit · nunc escarum nimietate distendit · ut enim mensi cibi in ventre lassato perditio rationum ingerere dum carnis lassitudine nimia praegrauata · condormitare compellitur · trahitur sum nimietate uoracitatis ob pressa · mittere addum preces puras · leuesque non poterit · sed nec a stimo mae quidem ipsius puritatem in dirupta ualebit lucidate seruare · dum nec etiam diebus illis quibus carnem acriore uidetur · continentia castigare · praeterita cibi materia · ignem carnalis concupiscentiae subministrat ·

XXIII Nam quod semel per escarum habundantiam concretum fuerit in medullis · necesse est egeri · atque a ipsa natura lege propelli · quae exuberantiam cuius libet humoris super-flui uelut noxiam sibi · atque contrariam in semet ipsa residere non patitur · Ideoque rationabili semper & aequalem est corpus nostrum parsimonia castigandum · ut sine naturali (corr. ex a) necessitate commorantes in carne omnimodis carere non possimus · saltim rarius nos & non amplius quam terminatae ieiunio perspersos · totius animi cursus inueniat · quod tamen sine ullo prurittu quietus egerat sopor ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
UNIVERSITÄT BASEL
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
PUBLIC DOMAIN
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubb_bv13/0045